

CLEMENS EPISCOPUS.

SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

INEXHAUSTUM Indulgentiarum thesaurum a Jesu Christo Domino Nostro ecclesie relictum, christiano populo maxime salutarem, & summopere in pretio habendum esse catholice ecclesie auctoritas, & Summorum Pontificum predecessorum nostrorum gesta facillime suadent. Cumque per divinae gratiae abundantiam, nullis suffragantibus meritis, in suprema Beati Petri cathedra constituti, modo ad pastorem sollicitudinem nostram pertineat, per universum Domini gregem vigili curam providere, ut omnia in ea honeste, & secundum ordinem fiant; veterem, & probatam ecclesie consuetudinem circa Indulgentiarum dispensationem, quantum fieri potest restituere, & servare, simulque Christiani fidelium utilitati occurrere studemus.

Iner cetera siquidem spiritualium gratiarum dona, in quibus Summorum Pontificum liberalitate Christi fideles cumulatur, potissimum locum habet plenaria peccatorum indulgentia, & remissio, quae statis anni diebus conceditur, dum Romanus Pontifex solemniter remonia populo eorum ipso congregato benedicit, & non raro ipsius Summi Pontificis nomine effundenda apostolicae benedictionis super principes viros absentes delegata fuit facultas; sed inde invaluit praeter modum usus, etiam verbi Dei praconibus indulgendi, ut similitur cum plenaria Indulgentia apostolicam benedictionem, non singulari alicui personae, vel familiae, sed universo ad ecclesiam confluenti populo impertiri vellent, nonnullis pariter, non sine aliquo ecclesiasticae disciplinae discrimine, circa harum facultatum exercitium, irrepissis abusus deprehendimus.

Ut autem spiritualium gratiarum dona, pie, sancte, atque incorrupte administrarentur, quodque adeo salubriter institutum est, in perniciem non cedat attentum: Praemissa omnia Congregationi Venerabilis Fratrum Nostorum S. R. E. Cardinalium Indulgentiarum, sacrisque reliquiis propositae examinanda commisimus, quae exquisitis etiam Consultoribus, votum suum Nobis aperiret. Postquam igitur, quod eadem Congregatio, auditis Consultoribus, hac in re sentiret, percipimus; omnibus mature perpensis, justam rationem, congruamque limites in his praescribere volentes, de ipsius Congregationis consilio, motu proprio & ex certa scientia, & de qua apostolice potestatis plenitudine omnia, & singula particularia indulta, & privilegia effundendi supra populum apostolicam benedictionem, per Romanos Pontifices predecessores nostros, ac per Nos etiam, quibusvis particularibus personis, sive ecclesiasticis secularibus, sive cuiusvis Ordinis, & instituti Regularibus ad certum tempus, seu ad eorum vitam, non tamen illa per predecessores praedictos aliquibus Ordinibus Regularibus attributa, quae modo infrascripto salva esse volumus, respective concessa, & elargita, etiam eadem particulares personae ex quavis causa illa impetrant, & in possessione Indulgentiarum ac privilegiorum hujusmodi reperiantur; harum serie revocamus, ac de medio tollimus, & abolemus.

Porro ad submovendos quosvis abusus, qui in hac re vel suborti deprehenduntur, vel quandoque subortiri possent, & ad augendam erga pastores eminenti episcopatus dignitate pollentes populorum devotionem, simulque Christi fidelium utilitati, de immenso & inestimabili thesauro ecclesie tradito consulere volentes, ipsarum tenore praesentium statuimus, quod deinceps Venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, necnon dilectis filiis Praelatis inferioribus, mitrae, & pontificalium usum, territoriorumque separatum cum vera qualitate nullius diocesis habentibus, & activa in clerum & populum jurisdictione gaudentibus, nunc & pro tempore existentibus, Patriarchis, videlicet, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, duabus anni solemnitatibus, nimirum pas-

chate Resurrectionis Domini, alioque die festo solemniorum respective arbitrio designando: Praelatis vero, praemissis qualitatibus praeditis, & in propriis territoriis degentibus semel in anno, in uno ex diebus, quibus eorum singulis pontificalium usus ab Apostolica Sede permittitur, populo in ecclesia congregato, Apostolica Summi Romani Pontificis pro tempore existentis auctoritate, illiusque nomine, facultas solemniter benedicendi, cum elargitione plenariae Indulgentiae, iuxta ritum & formulam inferius tradendam, concedi possit, & ipsorum unicuique, quamvis illi suis respective ecclesiis praefuerint, gratiamque & communionem cum Apostolica Sede habuerint, per literas apostolicas in forma Brevis, gratis, ut in similibus mos est, concedatur. Ad quorum effectum ipsos Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, & Episcopos; ac supremo iuratos Praelatos, nunc, & pro tempore existentes, in Domino hortamur, ut pro dignitate eorum splendoris augmento, & fidelium populorum ipsis creditorum, congrua erga divinae iustitiam satisfactione, a nobis, & successoribus nostris Romanis Pontificibus pro tempore existentibus, facultatem hujusmodi pro ipsis oblatam postulent, & impetrare non praetermittant.

Quoniam vero eas facultates, impertiendi Romani Pontificis nomine apostolicam benedictionem, aliquibus Regularibus ordinibus concessas, praeservare intendimus; harum serie declaramus, illas iuxta concessionem apostolica auctoritate factas, salvas & illas esse debere. Districte tamen dilectis filiis eorumdem Ordinum Superioribus, & Professoribus etiam speciali mentione dignis, facultate, & indulto hujusmodi gaudentibus, & qui imposterum gaudebunt, harum quoque serie praecipimus & mandamus, quod in illius exercitio, in omnibus ritum, & formam fel. rec. Benedicti PP. XIV. per ejus epistolam cyclicam sub die XIX. Martii anni Domini MDCCLXVIII. Pontificatus sui anno octavo editam, praescriptum, servare; & insuper dictis duabus solemnitatibus, quatenus Episcopi in illis facultate hujusmodi utantur, ab effundenda benedictione penitus abstinere respective debeant. Ac idem, ad submovendam quamcumque dubii causam, declaramus etiam, per benedictionem apostolica auctoritate, sive per ipsos Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, & Episcopos, sive per Regulares quoslibet, ut praefertur, impendendam, nullam prorsus a censuris & poenis ecclesiasticis scienter, vel ignoranter incurris, absolutionem concedi, neque ab illis absoluto praetextu benedictionis hujusmodi susceptae praetendi possit.

Ritus vero & formula Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis & Episcopis pro impertienda benedictione, una cum plenaria Indulgentia post missarum solemniam, triplici signo crucis emisso, & in episcopali throno, cum mitra ceterisque sacris paramenis indutus, circumstantibus Ministris, adhibendus, quod congrue de Praelatis inferioribus intelligatur, talis esse debet.

Expleta in utraque solemnitate missae solemnissae celebratione, in primis alta voce, per Ministrum Superpelliceo indutum, legantur literae apostolicae, quibus Indulgentia plenaria conceditur, una cum potestate benedictionem apostolicam super populum effundendi; ut de delegatione adstantibus constet, & concessio ex latino sermone in vulgarem ad populi intelligentiam translata recitetur. Postea Episcopus surgens, iuxta ritum in ceremoniali Episcoporum expressum, dicit: "Precibus & meritis Beatae Mariae semper Virginis, Beati Michaelis Archangelii, Beati Joannis Baptistae, & Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli & omnium Sanctorum.

Miserere vestri Omnipotens Deus, & dimisis omnibus peccatis vestris, perducat vos Jesus Christus ad vitam aeternam.

Indulgentiam, absolutionem, & remissionem omnium peccatorum vestrorum, spatium verae, & fructuosae poenitentiae; cor semper poenitens, & emendationem vitae, perseverantiam in bonis operibus, tribuat vobis Omnipotens, & misericors Dominus.

R. Amen.

Benedictio Dei Omnipotentis PATRIS, & FILII,

et SPIRITUS SANCTI descendat super vos, & maneat semper. Amen.

Demum, post impertitam benedictionem, publicabitur latino, & vernaculo idiomate concessio plenariae Indulgentiae sequenti formula.

Attentis facultatibus a SS. in Christo Patre, & D. N. Domino CLEMENTE, divina providentia, PAPA XIII. in enuntiatas apostolicis literis expressis, datis Reverendissimo D. Domino N. Dei & Apostolicae Sedis gratia hujus Sanctae N. Ecclesiae Antistiti; eadem Dominatio sua Reverendissima, Summi Pontificis nomine, & concedit omnibus hic praesentibus Indulgentiam plenariam in forma ecclesiae consueta: Rogate igitur Deum pro felici statu SS. D. N. PAPAe, Dominationis suae Reverendiss. & S. Matris Ecclesiae.

Nulli ergo omnino hominum, &c. Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo sexagesimo secundo, Tertio Nonas Septembris, Pontificatus Nostri Anno Quinto.

64. Benedictio nem candelarum, de qua Auditor n. 11. feri habet posse in Oratorio Confraternitatis, tradit Frances de eccles. cat. ed. c. 25. n. 301. 304. & 391. Fieri tamen pro sodalibus posse monet Bened. XIV. Inst. eccl. 105. num. 115.

65. De benedictione fontis baptismalis quibus diebus fieri, tum a quo fieri debeat, idem Frances in eodem tract. cap. 19. num. 61. 128. & sequens.

66. De benedictione campanae plane agit idem Scriptor. d. tract. cap. 24. num. 71. & plur. seq. Confer etiam Bened. XIV. Inst. eccl. 17. a num. 30.

67. Benedictio diversarum rerum, veluti aquae, ignis &c. quare utatur ecclesia, vide apud eundem Frances ibid. cap. 24. num. 83.

68. Benedictio fulminis & grandinum est approbata ab ecclesia, dummodo fiat exorcismis approbatis ab ecclesia, & Ministris necessariis, Romaeque ad Synod. Gerund. lib. 1. tit. 1. cap. 5. num. 1. & duob. seqq.

69. Decretum Sac. Cong. Rituum ab Audite num. 22. relatum, quo dicitur fuit benedictiones ignis, seminis, ovorum, &c. non esse de iuribus parochialibus, adeoque fieri posse a quibuscumque sacerdotibus, illustrat Rot. cor. Ansal. dec. 577. n. 3. & plur. seq. vide quoque Bened. XIV. Inst. eccl. 105. sparsim pluribus locis (Vid. verb. Consecratio, ibique seq. 12. 13. 14. & 15. tit. 10. p. 1.)

BENEFICIUM, BENEFICIA.

ARTICULUS I.

Quoad Beneficii esse, & divisionem.

SUMMARIUM.

- 1. Beneficium ut sit quid sit, ad n. 5.
2. Beneficium ecclesiasticum, quid sit, & quid requiratur ad illum constituendum, ad n. 14.
15. Beneficia dividuntur, primo ratione diversi status hominum, ad num. 18.
19. Secundo ratione adnexae, ad n. 23.
24. Rursus alia sunt duplicia, alia simplicia, ad n. 30.
31. Dividuntur in electiva, patronata, & collativa, ad n. 34.
35. Insuper alia sunt manualia, alia non, ad n. 36.
37. Alia beneficiorum divisiones, atque appellationes, ad num. 42.
43. Additiones ex aliena manu, ad n. 63.

BENEFICIUM ut sit, seu generice captum, est benevola actio tribuens gaudium capientibus, ut definitur in lib. 2. de Fructibus tit. 23. verb. Beneficium. Est beneficium sic generice captum dividitur in beneficium proprie, & stricte sumptum, in privilegium, & in rescriptum. Beneficium proprie, seu stricte sumptum, est benevola actio, sive liberalitas quadam concessa sine alterius praedictio praeter Jus commune; colligitur ex cap. Cum dilecti 6. de do-

nat. ubi donatio dicitur beneficium, (Vid. tit. 4. p. 5. tit. 12. lib. 3. For. Reg.) & tenent Joann. Andreas in cap. Ad aures 10. de panis, Fagnan. in cap. Olim 19. de verb. significat. Privilegium est benevola actio concessa contra Jus commune; cap. Privilegium 3. dist. 3. cap. Abbate 25. de verb. significat. Unde cum princeps alique eximit a Jure communi, dicitur proprie privilegium, & ita sumitur toto ritu. de privileg. ideoque dici solet, quod Jure communi competit, frustra per privilegium impetratur; l. 1. Cod. de Thesaur. lib. 10. (Videatur lex 1. tit. 11. p. 1. infra verb. Bona ecclesiastica, cum verb. Clericus, in add. hisp. & leg. 2. 3. 26. 27. 28. 29. 30. & seqq. tit. 18. p. 3. Ad rem tit. 2. lib. 7. Recop. Castell. cum tit. 1. lib. 7. Ord. Reg.) Rescriptum est benevola actio concessa secundum Jus commune; sic desumitur ex tit. de Rescriptis; & cap. De divers. rescript. in rubr. & nigr. Impetratur enim rescriptum ad Juris observantiam, ut impetranti fiat justitia; & hinc rescripta contra Jus licita non valent; cap. Rescripta 15. caus. 25. q. 2. (Consonant leg. 45. 46. 47. usque ad 55. tit. 18. p. 3. tit. 12. lib. 3. Ord. Reg. leg. 12. 13. 25. & 29. tit. 4. praecedentis lib. 2. ejusd. tit. 14. lib. 4. Recop. Castell.)

Beneficium ecclesiasticum, de quo hic est sermo, est jus perpetuum percipiendi fructus ex bonis ecclesiasticis ratione spiritualis officii personae ecclesiasticae auctoritate ecclesiae constitutum; colligitur ex cap. Cum secundum Apostolum 16. de Praebend. & ex cap. Si quis amodo 16. dist. 18. Unde ad verum beneficium ecclesiasticum sex potissimum requiruntur ex communi Canonistarum. Primum requisitum est quod beneficium ecclesiasticum Episcopi auctoritate sit erectum; requirit enim canonicam erectionem, alias non est beneficium; cap. Nemo 9. de consec. dist. 1. cap. Omnes 1. dist. 22. Et per hoc si quis in aliqua ecclesia certas missas, vel etiam anniversaria suo competenti stipendio in perpetuum fundaverit, aut etiam capellaniam, nisi approbatio Episcopi accesserit, non erit beneficium ecclesiasticum, sed solummodo pium legatum, & quia talis capellaniam, sed legatum caput erectione, seu institutione Ordinarii, erit quid laicale, & temporale, ut decidit Rota in una Monopolitana Hebdomad. Vener. 14. Decembris 1612. coram Mansanedo; quia nullus privatus sine Ordinarii auctoritate potest locum sacrum, vel rem spirituale constituit, arg. cap. Ad hoc 4. de religio. domib. Secundum requisitum est, quod habeat aliquid spiritualitatis annexum, scilicet, quod deat propter divinum officium; v. gr. celebrandi missas, recitandi horas, & servandi in officii spiritualibus alicui ecclesiae, secus si pars reddituum ecclesiasticorum daretur propter ministerium mere temporale, v. gr. Musicis, Aedibus, & hujusmodi pro laboribus eorum laicalibus; cap. Ultim. de rescriptis in 6. ubi dicitur, propter officium datur beneficium ecclesiasticum. Tertium requisitum est, quod conferatur a persona ecclesiastica, scilicet a Papa, vel Ordinario; non vero a laico, nam laici non possunt conferre beneficia ecclesiastica (non obstante, quod Jus patronatus eidem competat, sicut idoneum clericum ad beneficium vacans praesentare valeant), sed ea conferunt tales ecclesiae Praelati, eorumque Officiales; cap. Ex frequentibus 3. de constit. cap. Si quis deinceps 12. cap. Si quis Clericus 16. & cap. Nullus Laicorum 18. caus. 16. quest. 7. Quartum requisitum est, quod conferatur Clerico, id est, personae saltem prima tonsura initiata, taliter quod non sufficiat post illum jam acquisitum tonsurati; arg. cap. Ex literis 6. de transact. & notat Gloss. final. & Abbas ibidem istud limitans, nisi forsitan Papa cum aliquo Laico insigni, & eminenti dispensaverit, ut possit beneficium recipere, & postea quamprimum tonsurari; aliter collatio beneficii facta in personam laici, seu necdum prima tonsura initiati, est ipso Jure nulla, & invalida, nam Laicus est incapax omnis Juris ecclesiastici; cap. Causam 7. de rescriptis, & colligitur etiam ex cap. Cum adeo 17. juncta Gloss. verb. Nec Clericus de rescriptis, & cap. In ecclesia 2. de institut. Quintum requisitum est, quod sit perpetuum; cap. Praecepta 12. dist. 55. cap. Sanctorum 2. dist. 70. cap. Veniens 5. de filiis Presbyter. cap. Ex parte 5. de Clerico agrotante, &



- 14 & notatur in cap. Si gratiose. de rescriptis in 6. Sextum requisitum est, quod sibi non possit retineri, sed necessario sit conferendum alteri; cap. Cum ad nostram 7. de institut. ibi: *Quia cum ratione Abbatis ad ipsum pertinet donatio tam custodia, quam aliarum dignitatum, ac etiam præbendam in ecclesia Patranen. Custodiam ipsam recipere non potuit ad se ipso, cum inter donantem, & accipientem debeat esse distinctio personalis; & in eius summario præcise dicitur: Is, ad quem spectat collatio dignitatum, seipsum instituere non potest.*
- 15 Beneficia ecclesiastica sunt multiplicia, & varie dividuntur. Primo, ratione diversi status hominum, quibus conferenda sunt, dividuntur in beneficia regularia, & in beneficia secularia. Beneficia regularia sunt, quæ ex sui fundatione, seu consuetudine legitime præscripta competunt solis regularibus, & beneficia secularia contra sunt illa, quæ ex sui fundatione, seu ex consuetudine legitime præscripta competunt solis Clericis secularibus. Unde nec beneficia secularia possunt conferri Clerico regulari, nec beneficia regularia Clerico seculari; cap. Cum de beneficio. 4. de præbend. in 6. cap. Cum ad nostram 36. & cap. Officij sui 38. de elect. Concil. Trident. sess. 14. cap. 10. de reform. & sess. 25. cap. 21. de regularibus.
- 16 Secundo, ratione annexæ Curæ animarum, administrationis, & aliorum jurium, dividuntur in beneficia curata, & non curata. Beneficia curata sunt quæ habent annexam curam animarum; & beneficia non curata sunt illa, quibus nulla animarum cura est annexa. Beneficia curata sunt duplicis generis, scilicet alia, quæ habent curam animarum in foro externo, seu contentioso, quatenus habent jurisdictionem spirituales visitandi, corrigendi, excommunicandi, & alia hujusmodi præstandi, juxta notabilem textum in cap. Dudum 5. §. Sed cum jur. de electionib. & hæc solum large, & improprie dicuntur beneficia curata, seu habentia curam animarum, cum etiam non sacerdotibus, puta Archidiaconis, convenire possint, ut patet ex cap. Mandamus 6. §. cap. Ad hæc 7. de offic. Archidiaconis. Et alia, quæ habent curam animarum in foro interno, seu animæ, quatenus habent potestatem ligandi, & solvendi in foro penitentiali, simulque subditis suis administrandi ecclesiastica sacramenta in foro interno, & externo, qualia habent omnes parochi quocumque nomine nuncupentur, & talia dicuntur strictè, & proprie beneficia curata; Rota in una Conchensii Archiepiscopatus 29. Januarii 1594. coram Reverend. Domin. Penna.
- 17 Rursus beneficia ecclesiastica alia sunt duplicia, & alia simplicia. Beneficia duplicia sunt illa, quæ vel curam animarum habent annexam, vel quandam jurisdictionem, præcedentiam, sive administrationem adjunctam continent, ut sunt dignitates, personatus, & officia.
- 18 Licet enim beneficia non curata sæpe sæpius appellentur simplicia, tamen rigore loquendo, & indistincte, id non recte dicitur, neque subsistit, nisi benigne interpretetur; cum de facto dignitas v. gr. personatus, & officium curam animarum non habeant annexam, nec tamen vere loquendo sunt beneficia simplicia, sed duplicia, propter adjunctam eis administrationem, vel præminentiam dignitas enim est præcedentia cum jurisdictione, ut sunt v. gr. Abbatis, Archidiaconatus, Decanatus, & hujusmodi, & licet alicubi de consuetudine istæ dignitates non habeant jurisdictionem, adhuc tamen dignitates censerentur debent ex praxi, quamvis de jure sine ulla jurisdictione non sint tales. Personatus est præcedentia sine jurisdictione, & talem personatum habere dicuntur, qui in ecclesia, in capitulo, & aliis honoribus præcedunt canonicos.
- 19 Personatus, seu beneficium personale dicitur etiam illud, quod instituitur ex redditibus certis & stabilibus auctoritate Episcopi in favorem alicujus personæ, quæ sola, vel alii duo, aut tres, juxta voluntatem fundantis, obtineant illud, & postmodum cesset beneficium, & illi redditus in alia opera pia convertantur juxta mentem ipsius. Hæc beneficia non sunt de jure communi, cum non sint perpetua, sed ab eo jure exorbitantia. At ecclesiastica sunt, cum auctoritas Episcopi requiratur, & fundentur in bonis stabilibus, & Papa possit concedere, ut sint ecclesiastica, licet collatio non fiat ab Ordinario; &

consuendo immemorialis, quæ cetera circa illos personatus datur, id ipsum præstare possit; Concil. Tarraconense ann. 1591. inter Hispan. tom. 4. pag. 524. hæc habet: *Licet personatus, sive personalia beneficia ideò nuncupata sint, quod non ut in perpetuum beneficia remaneant, sed ad vitam aliquarum personarum ecclesiasticarum demtaxat instituerentur. Et nullus personatus, seu personale beneficium, sine auctoritate, & decreto Episcopi, erigatur.* Hinc in his beneficiis committitur simonia, quando in aliis committitur. Obligant sicut alia ad recitationem officii canonici. Poscunt esse prima Ratione initiatum eum, quia ea obtinet. Cum quis instituit personatum cum animo interno permutandi illum cum beneficio ordinario non committit simoniam. Quod si illum fundet cum pacto inito cum alio beneficio permutandi eum cum beneficio illius, stando regulis communibus, est simoniaca pactio, cum omnes hujusmodi pactiones in permutatione, & fundatione beneficiorum sint reprobatæ jure ecclesiastico; cap. Tuz, de Simonia, cap. fin. de parochiis, & sæpe alibi. Si tamen alicubi factum extaret, in contrarium, ut de Provincia Tarraconensi testatur P. Mendon in epitome, verb. Beneficium, num. 18. ubi talis viget consuetudo, scientibus viris doctis, & timoratis, nec referuntur eæ pactiones Ordinario, cum fit permutatio, dicendum erit, sicut Papa potuit facere, ne illæ pactiones essent simoniacæ, ita consuetudinem immemoriam id præstitisse; aliâ de labe simoniæ nunquam possent excusari.

20 Officium vero est administratio rerum ecclesiasticarum sine alia speciali præcedentia, & jurisdictione, ut sunt Thesaurarius, Custos, Sacrista, & hujusmodi. Sic Gloss. in cap. Consuetudinem 1. in 6. Unde patet, quod rigorose loquendo ista non sunt proprie beneficia simplicia. Immo, ut observat Engel lib. 3. tit. 5. de præbend. & dign. num. 5. plerumque neque canonicatus veniunt nomine beneficiorum simplicium; Canonici enim tenentur ad personalem residentiam ex Trid. sess. 24. cap. 22. de reform. & majorem præ ceteris Clericis præcedentiam habent; cap. Statutum 22. de elect. in 6. & ideò vi provisionis apostolicæ de conferendo beneficio simplici alicui, non potest ei conferri Canonatus, arg. cap. Quamvis plenissima 4. §. cap. Cui 27. de præbendis in 6. Beneficia simplicia sunt illa, quæ neque curam animarum, neque dignitatem, neque personatum, neque officium adjunctum habent, sed tantum sunt instituta ad preces Deo persolvendas, & de talibus beneficiis solummodo sunt intelligenda rescripta pontificia, quæ mandant aliquem de beneficio simplici esse providendum: nam beneficium habens aliquid prædictorum annexum, non est simplex, adeoque non potest ipsi conferri in vim talis rescripti, arg. cap. Quamvis plenissima 4. cap. Cum in illis 16. & cap. Cui 27. de præbend. in 6.

21 In dubio utrum beneficium sit curatum, an simplex, præsumitur simplex: quia ad curatum multe requiruntur qualitates, quæ proinde præsumi non debent, nisi probentur; Gutierrez allegat. 8. num. 5. Hojeda de incompar. benef. part. 1. quaest. 13. n. 2. Gonzalez in reg. 8. Cancell. gloss. 6. n. 91. & alii.

22 Beneficia ecclesiastica adhuc dividuntur in electiva, in patronata, & in collata. Beneficia electiva sunt illa, quæ conferuntur per electionem legitime celebratam, atque a Superiore confirmatam. Patronata sunt illa, quæ ad Patroni prævia presentationem, & subsequitam institutionem à Prælo factam conferuntur. Collativa, seu libera collationis sunt illa, quæ per liberam Superioris collationem sine prævia capitulari electione, vel alterius presentatione conferuntur. Insuper beneficia alia sunt manualia, seu ad nutum revocabilia, & alia non manualia, seu titularia, quæ in titulum perpetuum conferuntur. Manualia sunt illa, quæ ad nutum alterius possunt auferri, ideoque dicuntur manualia, quia in alterius manu, & dispositione stat illa relinquere, vel auferre, & hæc rigorose loquendo non sunt proprie beneficia, cum de natura beneficii proprie dicti sit, ut institutum perpetuo duret; cap. Sanctorum 2. dist. 70. Non manualia, seu titularia sunt illa, quæ conferuntur in perpetuum. Uterius beneficium aliud vocatur *canonicatus*, & est jus

jus spirituale proveniens ex electione, seu receptione alicujus in canonicum, & est verum beneficium, si habeat suam præbendam, ut convenit ex cap. Relatum 9. de præbend. ibi: *Quia non est congruum, ut præbenda careat, quia in canonicum noscitur esse receptus.* Aliud vocatur *Vicaria perpetua*, & est, quæ confertur cum canonica institutione, seu investitura perpetua, ac erectione tituli Vicariæ, unde Vicarii in eisdem instituti dicuntur perpetui cum vero titulo; cap. Ad hæc 3. de officio Vicarii, & dicuntur habere verum beneficium, cap. Postulasti 27. de rescriptis, ibi: *Non enim beneficium carere debet dici, cui competenter de perpetua Vicaria proveniens est provisorium.* Aliud vocatur *commenda*, & est custodia ecclesiæ alicui commissa, unde Commendatarius dicitur ille, qui accipit ecclesiam in commendam, seu custodiam ejusmodi; & si commenda conferatur in perpetuum, ut de facto modernæ commendæ à Papa personis qualificatis solent in perpetuum conferri, æquiparatur beneficiis propriè dictis, ex Concil. Trident. sess. 24. cap. 17. de reform. ubi prohibetur quis habere plura beneficia etiam commendata. Aliud vocatur *prebendium*, & est stipendium, quod ab ecclesiasticis redditibus abstractum, dari solet Canonici, vel aliis Clericis in vitam subsidium; quod si sit perpetuum, est beneficium propriè dictum; cap. Quoniam 8. de concessione præbend. in 6. ubi præstimatoria aperte connumerantur inter beneficia, ibi: *Concessionem super canonicatibus, dignitatibus, prebendis, & aliis quibuscumque beneficiis ecclesiasticis.* Aliud vocatur *interdum pensio*, quæ est jus percipiendi partem fructuum ex alieno beneficio; & si conferatur alicui in titulum perpetuum, est verum beneficium ecclesiasticum; cap. Conquerente 6. de Clerico non residenti, ubi talis pensio, viginti scilicet solidorum, sæpius appellatur beneficium, & ut tale ibidem censetur; & appellatio beneficii venire pensionem, maxime in materia favorabilis gaudendi privilegio fori ecclesiastici, declaravit Gregorius XIII. ad consultationem Sacre Congregationis, 18. Decemb. 1576. & 8. Augusti 1577.

23 De origine ecclesiasticorum beneficiorum, vide si lubet, Bohemer. in decretal. lib. 3. tit. 5. §. 2. ad plur. sequent. Herico utri. in dissert. hist. de benef. origin. præmissis part. 2. leg. ecclesiast. suo ordin. resit. & Rousseaud de la Combe in sua Jurisprud. canon. verb. Beneficium, sect. 1. tum Gagliardi. de benef. cap. 1. per tot.

24 Definit *Auctor* num. 6. Beneficium cum Canonistis, Theologi verbè definiunt beneficium: *Jus perpetuum in ecclesia ministrantæ auctoritate Episcopi constitutum cum annexo, atque inseparabili jure percipiendi fructus ecclesiasticos.* Secundum igitur Canonistas beneficium consistit principaliter in jure percipiendi redditus, & accessorie in jure ministrandi, seu officium obeundi.

25 At juxta Theologos in jure ministrandi principaliter, accessorie verò in jure percipiendi redditus. Definitionem à Canonistis traditam tuetur Gagliardi. de benef. num. 2. & duob. seq.

26 Agit *Auctor* in num. 7. ad num. 14. de iis, quæ essentialiter beneficii constituntur. Utile autem, immò necessarium est hæc nosse, nam conditio essentialis beneficii contraria, ne in lumine quidem fundationis admitti ab Episcopo potest, & admissa non sustinetur; Piton. de controver. patron. alleg. 24. num. 10. Rota in Casertana benef. 28. Jun. 1745. §. 6. cor. clar. mem. Milin. Recte autem *Auctor* num. 12. inter alia essentialia beneficii asserit, quod Clerico, non item Laico sit illud conferendum. Verum nota, essentialiter beneficii minime repugnare, quod Laicus percipere per aliquod tempus possit fructus beneficii, interim per alium impletis oneribus ejusdem, quum eos percipere dicatur non ex jure, sed titulo secularis administrationis, donec veniat qui capax sit; vide Corrad. prax. dispensat. apostol. lib. 4. cap. 1. num. 27. Loter. de benef. lib. 1. quaest. 32. n. 35. Garc. de benef. part. 1. cap. 2. num. 20. tum resolutiones Sacre Congreg. Concil. interpreti in Derthonen. 15. Augusti 1730. & in Senogall. capellania 6. Junii 1750.

27 Asserit *Auctor* num. 13. inter beneficii essentialia & hoc, quod sit illud perpetuum. At num perpetuitas pertinent ad essentialia beneficii, in medio reliquit Rot. in dicit.

Casertana beneficii 28. Junii 1745. dist. §. 6. & 24. Januarii 1746. §. 13. coram Reverend. Patre Domin. Elephanus.

Beneficia inspecto officio dividi queunt in majora & minorâ. Majora dicuntur, quæ dignitatem, aliamque prærogativam, honorisve ecclesiastici gradum habent; minorâ vero, quæ in simplici officio sine tali præminentia subsistunt. Majora rursus diversimodo dicuntur ratione dignitatis. Dignitates ecclesiasticæ primariæ hæc sunt. Primum locum occupat *Pontificatus*. Secundum 52 *Cardinalatus*. Tertium *Parriarchatus*, vel hodie *Primatus*. Quartum *Archiepiscopatus*. Quintum locum *Episcopatus*. Sexto *Abbatia*, & *Præpositura* in primis exempta, & episcopali ius decorata; Bohemer. in decretal. lib. 3. tit. 5. §. 9. ad §. 63.

28 In capitulis quoque dantur dignitates, quibus annexa beneficia ad majora referuntur. Huc pertinent *Præpositura*, *Decanatus*, *Archipresbyteratus*, *Archidiaconatus*, *Primiceriatus* &c. At standum consuetudini. Vide eundem Bohemer. loc. cit. §. 64. ad §. 71.

29 Præter dignitates quæ duobus præcedentibus numeris referuntur, quarumque etiam recordatur *leger 1. usque ad 16. tit. 5. ac 1. usque ad 8. reg. tit. 6. part. 1.* alia designantur, videlicet *Prætor*, *Capitolis*, seu *Primicerius*, id est, ad quos, etsi diversis nominibus, cantus incipere, & ordinare spectat; *Theaurarius*, sive *Sacrista*, id est, sacrarum rerum custos; *Scholaris*, sive *Cancellarius*, id est, quibus competit de magistris qui pueros erudiant, scholis providere, capitulique instrumenta conficere; de facultatibus eorum, atque num. 11. prædictorum consuetudo præ oculis habenda.

30 Canonici quoque in cathedralibus ecclesiis in adeo sublimem locum evecti sunt, ut in oppositione ad reliquos Clericos non aequalis dignitatem quamdam habere videntur. Canonaticum cathedralis ecclesiæ asserit Barbos. de Canon. cap. 19. n. 1. posse dici dignitatem non in stricto, sed in lato significato. Duplex autem est effectus hujus observationis. 1. Quod Pontifex solet etiam Canonicos delegatos Judices dare, quum aliqui non has vices tantum his, qui in dignitate constituti sunt, concedere solet; cap. 11. de rescript. in 6. 2. Quatenus considerantur collective sumpti in capitulo, præ aliis Prælati locum tenent. Singulis autem iis cedunt, qui dignitate ecclesiastica strictè dicta instructi sunt; Schilter. instit. Jur. can. lib. 1. tit. 7. §. 16. Barbos. dist. tract. de canon. cap. 18. num. 44. & seqq. & num. 16.

31 Inspecto officio, beneficia itidem dividuntur in curata, & sine cura, puta animarum. Rursus in residentia, illa cum onere residenti, & simplicia sine residenti onere. Demum incompatibilia, quæ simul ab uno retineri non possunt, & incompatibilia, quorum scilicet simultanea retentio uni est prohibita. De singulis suo loco agetur.

32 Dividuntur etiam beneficia, inspectis personis conferentibus, primum in reservata, vel affecta, quæ nimium pertinent ad collationem pontificiam, & non reservata, nec affecta. Secundò alia sunt electiva, quæ ad alicujus electionem conferuntur; alia de Jure patronatus, quæ ad patronorum presentationem, & collativa alia, quæ ad liberam Ordinarii, vel alterius collationem pertinent.

33 Quod attinet ad beneficia electiva, notandum est, ea proprie dici electiva, in quibus intervenire necessaria debet confirmatio Superioris. Ceterum quæ conferuntur electione communibus suffragiis facta, confirmationem verò Superioris minime requirunt, ea non nisi improprie electiva dicuntur, ut post Gloss. in Clement. 2. Ut autem, verb. Electionem de religior. domib. tradunt Van-Espen, Jur. eccles. univers. part. 1. tit. 21. cap. 3. num. 4. & sequent. Gonzal. in Comment. ad regul. 8. hodie 9. Cancellar. Gloss. 19. num. 10. & seq. Garc. de benef. part. 1. cap. 6. num. 14. & seq. Murg. eod. tract. quaest. 3. artic. 2. num. 114. plur. seq. Rota in superius dictis, decis. 27. num. 11. tom. 5. part. 1. ubi quod in beneficiis proprie electivis servanda est forma; cap. Quia propter de elect. & per obitum beneficiatorum viduatæ remanent ecclesiæ; & in Colonens. Decanatus, 28. Januarii 1701. §. Ex quibus cor. bon. mem. Gamach. in Uladislovien. Archidiaconatus super Coaljutoria, 14. Januarii 1757.



§. 7. cor. R. P. D. Parraciano.  
 62 Utiles autem est hæc observatio, nam expressio, quæ de jure faciendâ est in collationibus beneficiorum, electivæ qualitatis ipsorum, obtinet quoad beneficia proprie electiva; Lotter. de re benef. lib. 2. quest. 18. num. 14. & plur. seq. Tondut. quest. benef. part. 1. cap. 40. numer. 9. & seq. Rota in nuperrimis dict. decis. 37. dict. num. 11. tom. 5. part. 1. & in dict. Colonien. Decanatus, 28. Januarii 1724. §. 12. cor. bon. mem. Gamach. & in dict. Uladislavien. Archidiaconatus super Coadjutoria, 14. Januarii 1757. dict. §. 9. cor. Reverend. Patr. Parraciano.

63 Denique beneficia, inspectis personis, quibus conferuntur, dividuntur in regularia, quæ nonnisi regularibus, vel secularia, quæ secularibus tantum Clericis conferri possunt. De beneficiis autem, quando regularia, & quando secularia dici queant, consule Rota in Colonien. Pastoratus, 3. Julii 1744. cor. Illustriss. Molin. & 2. Maji 1746. cor. bon. mem. Vicecom. in Argentina Parochialium, 31. Aprilis 1745. cor. clar. mem. Milin. in Colonien. Parochialis, 7. Februarii 1746. & 27. Junii ejusdem anni cor. Reverend. Patr. Dom. Bussio Decano, & 21. Aprilis 1749. cor. Illustriss. Caprar. alma urbis Gubernatore. &

(Rursi veteri tempore juxta leges Septem Partiarum, tit. 16. part. 1. varia beneficiorum nomina prænotentur, scilicet Canonatus, Rationes, Personatus, Præstimonium, cum Cura, & sine Cura. (Vid. supr. num. 10. & 11.) Simplicium dumtaxat fit mentio quatenus in commendam conferuntur; leg. 3. ejusd. Verumtamen summa cura fuit semper adhibita, ne Clerici ecclesias suas deserant: ideo absens sine Episcopi licentia, nisi juste impeditus, beneficio privari poterat; leg. 16. & 17. ita ut peregrinationis causa, atque studii, in servitio Summi Pontificis, Episcopi, aut suarum ecclesiarum ratione eas deserentes, præter quotidiana distributiones, fructibus beneficii gaudere est manifestum; leg. 19. ejusd. Per eundem titulum cum 15. ejusd. part. demonstratur, nisi fallor, tunc temporis in patronata, & collativa solum beneficia dividi: postea verò, vide addit. hispan. infr. art. 3. vers. Alio in tempore, & verb. Canonatus, electiva jam cognoscebantur: quæ autem dictæ divisionis oblitio non occurrat, etiam postquam Summus Pontifex D. Benedictus XIV. felic. recordat. suam exercit. liberalitatem, cujus diploma in fine hujus verbi ad litteram refertur: possunt equidem hæc denominationes accipere, mense vacationis recognito: si à Regia persona providentur, patronata astimari videntur: si à Prælati, collativa: si de præbendis per concursum obtinendis agitur, electiva; sed omnia juxta præsentem etatem dicto diplomate patenti.)

ARTICULUS II.  
 SUMMARIUM.

- 1 Beneficia debent erigi cum auctoritate Episcopi, ad num. 5.
- 6 Debent erigi ad certum altare sub onere præstandi ibi aliquod officium spirituale.
- 7 Non possunt erigi sine congrua dote, ad n. 11.
- 12 Beneficii fundator potest in limine foundationis admittere quascunque leges, & conditiones, ad numer. 16.
- 17 Quæ nequeunt ullimode à quocunque immutari, ad num. 23.
- 24 Subnequuntur supplementa Auctoris, ad n. 29.
- 30 Novæ additiones ex aliena manu, ad n. 41.

1 Beneficia ecclesiastica debent erigi cum auctoritate expressa Episcopi; Gloss. in Clementin. cap. 1. de decimis, verb. Si beneficiorum in fin. & cum communi Barbosa Juris ecclesiastici. lib. 3. cap. 4. num. 15. & Rota decis. 1. num. 24. cor. Burat. Requiritur enim canonica erectionem, aliis non sunt vera beneficia ecclesiastica, cap. Nemo. 9. de consec. dist. 1. cap. Omnes. 1. dist. 2. quia ut dictum est, nullus privatus sine Ordinarii auctoritate potest locum sacrum, vel rem spiritualem constituere;

arg. cap. Ad hoc 4. de religio. dem. (Alludit & consonat lex 13. cum 16. tit. 5. p. 1.) Si enim Episcopi auctoritas, & assensus in erectione deficeret, non dicerentur beneficia proprie dicta, nec aliquod Juspatronatus quæreretur fundatori, Felin. in cap. ex part. 12. de rescript. num. 2. Barbosa loc. cit. num. 16. allegans Rotam cum aliis; Lotter. de re benef. lib. 1. quest. 5. num. 55. dicereturque simpliciter pia donatio, ac pium legatum, si forte pro missis celebrandis, vel anniversario, vel etiam in perpetuum quidpiam relictum esset; Rebuff. in praxi, tit. Quare instituta sunt beneficia, num. 10. Barbosa loc. cit. num. 17. Lotter. cit. quest. 5. num. 56. ubi num. 57. subdit, quod beneficium ante approbationem Episcopi potest concedi per laicum, per modum tamen simplicis deputacionis Sacerdotis; & num. 59. & 60. quod capellanæ cum onere celebrationis missarum constituta sine auctoritate Episcopi, censetur laicales, possuntque ad eas mere laici præsentari. Barbosa de re ecclesiastica, lib. 3. cap. 4. num. 18. Neque ad canonica erectionem beneficii ecclesiastici sufficit auctoritas Prælati inferioris, qui Jura Episcopi non habet, quamvis sit exemptus, & nullius, Gloss. in Clement. de decimis, cap. 2. in fin. Abbas cons. 59. num. 3. part. 2. Lotter. de re benef. lib. 1. quest. 1. num. 40. & 46. Vivian. de Juspatronatus, lib. 1. cap. 2. num. 28.

Beneficia ecclesiastica erigi debent in ecclesia ad certum altare sub invocatione alicujus Sancti sub onere præstandi ibi aliquod officium spirituale sive ecclesiasticum. Beneficium enim datur propter officium, cap. Quia 15. de rescript. in 6. Nec possunt erigi sine congrua dote, cap. Nemo. 9. de consec. dist. 1. Unde ad Episcopum pertinet in limine foundationis diligenter examinare de dotis congruentia juxta qualitatem beneficii, loci, ac personarum, aliarumque circumstantiarum, ut cognoscat, an Clericus inde honeste sustentari possit, nam ut Christus ipse dicit Matth. cap. 10. num. 20. Dignus est operarius cibo suo, & secundum Apostolum 1. ad Corinth. cap. 9. num. 13. Qui in Sacrario operantur, quæ de Sacrario sunt, edunt; & qui alii deserunt, cum Altari participant, & sic expressè statuitur; in cap. Cum secundum Apostolum 16. de præbend. his verbis: "Cum secundum Apostolum, qui Altari servit, vivere debeat de Altari, & qui ad onus eligitur, repelli non debeat à mercede, patet à simili, ut Clerici vivere debeant de patrimonio Jesu Christi, cujus obsequio deputantur; & infra: Dignum est, ut ecclesie stipendii sustententur, in qua, & per quam divitiis obsequii adscribuntur." Et hæc dote debet Fundator beneficii, ad hoc, ut habeat legitimum Juspatronatum, assignare de propriis bonis liberis, ut decidit Rota coram Celso, decis. 239. numer. 6. & coram Cerro, decis. 126. num. 6. (Vide add. hispan. verb. Bona, vers. De rebus: Congrua: Parochus vers. Quod Parochus: & verb. Vicarius Parochialis, cum verb. Unico beneficiorum. Convenit lex 3. 4. 5. 12. 18. & 19. tit. 16. part. 1.) Si quis enim Administrator, Executor, vel Prorector loci pii ex illius redditibus, aut ex aliis piorum fidelium contributionibus, largitionibus, & elemosinis annuis erigeret, non posset Episcopus illi Juspatronatum reservare, Rota dec. 383. & decis. 413. coram Peusinger. Unde inferitur, quod si hæres, vel successor in capellania manuali non collativa ab aliquo testatore relicta cum onere celebrationis missarum, vellet illam in beneficium perpetuum collativè erigere cum reservatione Juspatronatus, non posset Episcopus, neque cum consensu talis hæredis, hoc facere, quia nihil hæres conferit de suo, nec potest mutare legem à testatore prescriptam; Pax Jord. lucubr. tom. 1. lib. 3. tit. 6. post num. 91. & Fagnan. in capit. Conquerente, num. 24. de Clerico non resident. asserens Sacram Congregationem censuisse, quod hodie ex decr. Concil. Trident. sess. 25. cap. de reform. non sit in facultate Ordinarii derogare qualitatibus in fundacione appositis, etiam de consensu patronorum.

Beneficii erectori, seu fundatori potest in limine erectionis, seu fundacionis admittere quascunque qualitates, leges, & conditiones sibi benevisas, etiam juri communi contrarias, dummodo non sint turpes, impossibiles, & con-

contra naturam Juspatronatus, & ab Episcopo sint concordate, & admittæ; cap. Significatum 11. de præb. cap. Prætereā 23. de Juspatron. & cap. Quanto 16. de censib. & est communis DD. cum Rota, decis. de præbend. in novis, & decis. 2. de testament. in antiquis.  
 13 Et tales qualitates, leges, & conditiones in limine fundacionis admittere debent omnimode integre observari: Clement. Quia contingit; & cap. 2. §. 2. de religiosis domiciliis, ubi dicitur: Cum tamen ea, quæ ad certum usum largitione sunt destinata fidelium, ad illum debeant, non ad alium (salva quidem sedis apostolicæ auctoritate) converteri; & concordat textus in leg. Nulli licere, cod. de Episcop. & Cler. & cap. Nos quidem 3. de testament. & expresse Concil. Trident. sess. 25. cap. 5. præcisè his verbis: "Ratio postulat, ut illis quæ bene constituta sunt, contrariis ordinationibus non detrahatur; quando igitur, ex beneficii quorumcumque erectione, seu fundacione, aut aliis constitutionibus qualitates aliæque requiruntur, seu certa illis onera sunt injuncta, in beneficii collatione, seu in quacunque alia dispositione eis non derogetur, & in fine: Alter facta provisione subrepticia censetur." Unde si fundator in limine fundacionis statuit, ut vacante beneficio à se erecto, istud debeat conferri uni ex consanguineis descendentibus ex sua cognatione, hæc dispositio, & conditio est omnino observanda, ut censuit Rota in una Casaraugustana capellanæ, 16. Martii 1587. coram Seraphino. (Vide additiones hispanicas, verb. Legatarius, & verb. Testamentum per tot. Non obliviscaris, verb. Juspatronatus.)

15 Jure merito fuit dictum, posse fundatorem beneficii in limine fundacionis ipsius admittere conditiones sibi benevisas, etiam Juri communi contrarias; quia etiam ipsæ conditiones sint Juri communi contrarias; dummodo sint honestæ, & possibiles, adhuc debent omnimode observari, ut tenet Glossa communiter recepta; in cap. Cum dilectus 8. de consuetudine, verb. Constitutum in fin. Cardinalis de Luca de benef. disc. 95. num. 10. Fagnan. in cap. Cum in cunctis 7. de electione, num. 72. & 73. ubi refert se tenuisse Sacram Congregationem, quam secuta fuit Rota, part. 3. decis. 194. num. 1. in Granaten. capellanæ, 12. Januarii 1606. ubi fuit decisum, quod in beneficio simplici Juspatronatus non habet locum dispositio Conc. Trident. sess. 23. cap. 6. de reform. volens, quod obtinens sit major 14. annis, quando in fundacione dicti Juspatronatus fuit dispositum, quod etiam minores possunt illud habere. Et Fagnan. loc. citat. num. 73. dicit, Sacram Congregationem respondisse Episcopo Nepefino, quod Canonici Cathedralis potest conferri ante etatem à Jure communi, vel Concilio Tridentino (eidem adhæret lex 3. tit. 16. part. 1.) præscriptam, si ita dispositum fuerit à fundatore in limine ipsius fundacionis, & talem conditionem in erectione, & fundacione beneficii possit etiam Episcopum admittere. Unde inferitur, quod patronus hæres, sive fundatoris successor, non potest neque cum consensu Episcopi alterare seu mutare leges, conditiones, seu qualitates in limine fundacionis à fundatore appositæ, quamvis Juri communi contrarias. Sic conformiter Concilio Tridentino, sess. 25. de ref. Card. de Luca de beneficiis, disc. 95. num. 6. & 7. citans Rotam in Alexandrina Decanatus, 12. Junii 1598. coram Orano, & etiam Rotam part. 1. Recentior. decis. 296. num. 9. Pirrhus Corrad. in praxi beneficiorum lib. 2. cap. 10. num. 155. & seq. ubi sub num. 152. refert declarationem Sacre Congregationis Concilii, quæ cum inter alia interrogaretur: Quarto: An de consensu patroni possit dispensari cum minori viginti quinque annorum ad capellaniam simplicem obtinendam, ad quam ex fundacione est presentandus sacerdos? Respondit: Ad quartum, hæc dispensandi facultatem Episcopis post Concilium non competere. Sic tenet, & refert etiam Fagnan. in c. Conquerente 6. de Clericis non resident. num. 24. ubi dicit, Sacram Congregationem censuisse, quod hodie ex decreto Concilii Tridentini, sess. 25. cap. 5. de reform. non sit in facultate Ordinarii derogare qualitatibus in fundacione appositis etiam de consensu patronorum, ut etiam dixit Rota in dict. Alexandrina Decanatus, 12. Junii 1598. coram Orano. Immo neque ipse fundator etiam

de consensu Episcopi potest mutare leges, & conditiones à se in fundacione positas, & ab Ordinario acceptatas, si talis mutatio esset in præjudicium ecclesiæ, vel tertii, quia Tridentinum, & declarationes cit. Sac. Cong. non distinguunt inter patronum viventem, & defunctum. Sic Pirrhus Corrad. Cardinal. de Luca, & Rota part. 7. recentior. decis. 37. num. 1. & seq.

Unde Episcopus, neque de consensu, & positiva voluntate hæredis, seu patroni potest in erectione capellanæ, seu beneficii eis injungere onus rentiariæ, quod testator non injunxit; nec addere, quod beneficiatus, sive capellanus pro tempore per seipsum missas celebret; Sacr. Congr. Concil. in Viterb. 11. Januarii 1698. & in Asteni, 14. Februarii 1699. & in Mexicana, 16. Maji ejusdem anni 1699. Et neque alio modo testatoris voluntatem immutare; ead. Sacr. Congreg. Concil. in Derthonens. 4. Junii 1701. Nec Episcopus, etiam de consensu patroni potest reducere, & moderari missas in limine fundacionis beneficii impositas, quamvis redditus ipsius beneficii ob temporum injuriam sint diminuti, ex celebratione missarum à Sac. Congreg. Concil. de mandato Urbani VIII edito, 2. Junii 1625. & confirmat. ab Innocent. VIII. 23. Decembris 1697. in cuius decreti, §. 11. sic præcisè habetur: "Districtè prohibet, atque interdicit, ne Episcopi in diocesana synodo, aut Generales in capitulis generalibus, vel aliis quoquomodo reducant onera ulla missarum celebrandarum, aut post idem Concilium imposita, aut limine fundacionis, sed pro his omnibus reducendis, aut moderandis, vel commutandis ad apostolicam sedem recurratur, quæ re diligenter perspecta id statuet, quod magis in Domino expedire arbitrabitur. Alloquin reductiones, moderationes, & commutationes hujusmodi, si quas contra hujus prohibitionis formam fieri contigerit, omnino nullas, & inanes decernit." Et clarissime habetur in declarationibus Sacre Congregationis Concilii eidem decreto subjunctis, quod sedes apostolica sit omnino audenta pro hujusmodi missarum reductionibus, seu moderationibus, ut patet in responsione ad hoc primum dubium: "Quæritur, quod si Legatum sit ita tenue, ut non sit qui velit onus illi injunctum subire, & si recurrendum sit ad sedem apostolicam pro moderatione oneris, totum, aut mtere totum insumendum sit pro expensis ad id necessariis? Ad primum respondit: Et si legatum sit adeo tenue, nihilominus pro reductione oneris sit supra impositum ab eis, ad quos pertinet, sedem apostolicam esse ad eundem, quæ absque ulla impensa id statuet, quod magis in Domino erit esse judicaverit." Et sic stat clarum, quod Episcopus nequit ullimode onera, & missas reducere ac moderari, nisi sit ei concessum in ipsa beneficii erectione, ex citata responsione Sacre Congregationis ad primum dubium, ubi sic præcisè subjungit: "Verumamen si in ipsa beneficii erectione expresse cautum fuerit, ut liceat Episcopo injunctum onus reducere, ac moderari legem hanc fundacionis, quam decreta hæc de re edita non sustulerunt, esse validam & observandam."

\* Beneficia ecclesiastica simplicia de Juspatronatu laicorum, erigi possunt in commendam militiæ SS. Mauritii, & Lazari; Bened. XIV. const. 104. incip. Fructuosa, in qua tradit modum, & formam pro tali erectione faciendâ.

Beneficium si quis fundaverit de suis bonis cum pacto, ut ipse tanquam beneficiatus illis fruatur, tum post obitum suum Juspatronatus transeat ad hæredes, quamquam simoniacum id audiatur apud multos, attamen ab ea labe immune censeri potest; neque enim satis esse discernimus apparere inter eum, qui fundat beneficium cum pacto, ut conferatur filio suo &c. & illum, qui vult sibi conferri; utrinque enim pactum adest; ita ex Pitonio: Bened. XIV. insit. eccles. 95. §. 7.

Si quis vero offerat bona in augmentum beneficii jam erecti, nec tamen Juspatronatus jus acquirat, tunc patrici non potest, ut sibi beneficium illud conferatur, ut ex cap. Tua nos, de simonia, ibid. §. 12.

Si quis jam obtineat beneficium, & injuste vexetur ab alio; potest pecunia injustam vexationem redimere, ut ex Canonistis omnibus firmatur. Insit. eccles. 93. §. 4.



- 28 Si vero quis habeat jus ad beneficium, & ab alio lis moveatur, non potest dare litiganti pecuniam, ut acquiescat, neque etiam titulo solventi expensas in lite hucusque factas, nam tum pararet sibi viam ad beneficium per pecuniam. *Ibid.* §. 7.
- 29 Beneficium obtinens jure certo, & manifesto, ut nullus sit questionis locus, permittitur redimere injustam vexationem, ut *ex cap. Dilectus 17. de Simonia*; idque fieri potest nulla interposita Episcopi auctoritate. Fas est tamen Episcopo præcipere in synodo, ne id fiat absque suo assensu, ob periculum simoniae. *Idem de synodo dioces. leg. 7. cap. 69. §. 8. \**
- 30 Quod ait *Auctor num. 1.* beneficia ecclesiastica erigi debere auctoritate expressa Episcopi, id non est absolute verum, quum auctoritas Episcopi tacite ex intervallo accedere queat; *Garz. de benef. part. 1. cap. 1. numer. 113. Lotter. de re benef. lib. 1. cap. 5. numer. 63. Rota cor. Anald. dec. 885. numer. 5. & 6. & in Anconitana benef. 21. Martii 1746. §. 9. coram bon. mem. de Vais.*
- 31 Ut autem auctoritas Episcopi tacite ex intervallo accessisse dici queat, necessario requiritur, ut beneficium, de quo controversia est, provisum fuerit, vel per collationem, si fuerit liberum, vel per institutionem, si Juri-patronatus obnoxium fuerit; *Rota in Firmana capellaniam, 6. Junii 1746. §. 5. coram bon. mem. Vicecom. & in Tarraconens. capellaniam, 11. Martii 1748. §. 11. coram Cortad.*
- 32 Nec indistincte accipi potest, quod asserit *Auctor numer. 11.* capellaniam laicalem erigi in beneficium ecclesiasticum nec de consensu hæredis fundatoris posse. Distinguendum enim ita est: capellaniam laicales fundatae in actu inter vivos, & fundatore vivo effectum sortitæ nequeant erigi in beneficia ecclesiastica, ut tradit *Auctor dicti. num. 11.* Atres aliter se habet quoad capellanias laicales vel fundatas in actu inter vivos, sed effectum sortitur post mortem fundatoris, vel fundatas in ultima voluntate; quia possunt id genus capellaniam erigi in beneficia ecclesiastica ad instantiam hæredis, vel executoris testamentarii, ut tradunt *Garz. de benef. eccles. part. 1. cap. 2. numer. 198. & seq. Leuten. For. benef. part. 1. capit. 2. §. 11. quest. 89. per tot.* Solumque limita, si voluntas fundatoris resistat, vel expresse, vel etiam tacite, ut firmavit *Rota in civitatis Castellii capellaniam, 15. Januarii 1744. §. 11. & 29. April. ejusdem anni 1744. §. 12. coram bon. mem. Lana, in Pranestina Legati Pitt, 21. April. 1749. §. 9. cor. eod. Lana, in Anagnina capellaniam, 16. Junii ejusdem. ann. 1749. §. 13. & 30. Januarii 1750. §. 6. cor. Eminentis. Martheo.*
- 35 Quod si resistente voluntate fundatoris capellaniam erecta sit in beneficium ecclesiasticum, donec in suo congruo judicio talis erectio irrita per tres sententias conformes declaratur, standum ei est in judicio possessorio: *Vide Rota in Trident. Promissoria super mantione, 11. Januarii 1745. cor. bon. mem. Lana, & 17. Junii 1646. cor. clar. mem. Millin.*
- 36 Condiciones juri contrariæ in limine fundationis beneficiorum appositæ, de quibus agit *Auct. num. 12. & sequent.* ut sustineantur, requiritur omnino expressa, & specialis approbatio Ordinarii. Quo fit, ut sub generali decreto erectionis approbatæ non censeantur conditiones hæ juri contrariæ, juxta originalem doctrinam Philippi Saraceni, quam laudat, & sequitur *Lambertini de Jurepatronat. lib. 1. part. 1. quest. principal. 9. numer. 50. in*

Alio in tempore, dum de præbendis vulgo de officio nuncupatis tractabatur, posteaquam per capita, oppositione, & concursu interveniente, conferebantur; in diversis ecclesiis, ut moris erat, præter collationem ab eisdem factam, ad Sedem apostolicam recursus pro confirmatione fiebat: hodie vero hæc requiri videtur (1).

Aliis, & dominiis iudiciali, cum minus etiam dubii circa jus regii patronatus adsit: præmissis capituli suffragiis, triumque ex oppositoribus propositione, Rex quem sibi bene videtur ex illis, aut ex aliis hujusmodi qualitatibus, eligit,

(1) *Breve Sancti. D. Benedicti XIV. rub. leg. 11. tit. 6. lib. 1. Ibi:* Declaramos asimismo a favor de S. M. que aquellos que en adelante fueren elegidos y provistos en las prebendas magistrales, doctorales, lectorales y penitenciarias, llamadas de Oficio, que acostumbran conferir por oposicion y concurso los Venerables hermanos

fin. Quando autem dictæ conditiones juri contrariæ dicantur ab Ordinario approbatæ, nec ne, consule *Rotam in Casertana benef. 28. Junii 1745. §. 7. & plur. seq. cor. clar. mem. Millin. & 24. Januarii 1746. §. 13. & duob. seq. cor. R. P. D. Elephantus.*

Nun fundator adijcere ex intervallo possit conditiones juri contrarias, non incongrue hic discutitur. Sequenti autem distinctione est procedendum; vel enim fundator in ipso fundationis limine approbante Ordinario facultatem sibi reservavit addendi, vel mutandi, vel non reservavit. Si reservavit, quidquid contradicat. *Add. ad Pamphil. decisi. 54. numer. 8. communis est sententia, posse fundatorem etiam ex intervallo adijcere conditiones juri contrarias, quippe quæ vigore dictæ reservationis censetur appositæ in ipso limine fundations; Piton. de controvers. patron. alleg. 82. numer. 8. in fin. & discept. ecclesiastic. 25. numer. 9. in fin. Conrad. in prax. benef. lib. 2. cap. 10. numer. 151. Monet. de commut. ultim. volunt. cap. 10. quest. 5. numer. 203. Gagliard. de Jurepatronat. cap. 6. numer. 6. in fin. Quod si non reservavit, non est in fundatoris potestate adijcere aliquid conditionem aliam juri contrariam; vide *mox citatos Auctores ubi supra.**

An autem fundator vel ejus heres adijcere ex intervallo queat conditiones, quæ non sint juri contrariæ; ad Vivian. de Jurepatronat. lib. 2. cap. 8. numer. 10. & Gagliard. de benef. cap. 3. numer. 14. §.

ARTICULUS III.

Beneficia quomodo, & quando conferenda.

SUMMARIUM.

- 1 Beneficia ecclesiastica in genere quot modis conferantur, ad n. 5.
  - 2 Et quot pariter modis conferri soleant à Pontifice, ad numer. 12.
  - 3 Debent conferri juxta præscriptum sacrorum canonum, ad numer. 20.
  - 4 Præsertim Concilii Tridentini.
  - 5 Indiço prius examine per concursum.
  - 6 Que beneficia conferri debeant per viam concursus, ad numer. 37.
  - 7 Et quomodo conferantur sine concursu, ad n. 54.
  - 8 Beneficia quando, & intra quod tempus conferri debeant, ad numer. 85.
  - 9 Quando, & qualiter fiat beneficiorum devolutio ad superiorem, ad n. 105.
  - 10 Infra quod tempus institui debeant promoti ad parochiales.
  - 11 De edicto pro concursu parochialium, ad n. 109.
  - 12 De eorumdem Vicario, seu Oeconomo deputando.
  - 13 Subnectuntur additiones ex aliena manu, ad numer. 118.
- BENEFICIA ecclesiastica tribus potissimum modis conferuntur, ut signanter notat Abbas in *cap. Auctoritate 4. numer. 7. de Instit.* & alii Canonistæ. Primo per electionem, v. gr. Canonicorum, seu Capitularium, quam deinde superior confirmat, & si electus idoneus sit, & nullum habeat canonicum obicem, & hac ratione ecclesiasticum

apostolica per algunas de las referidas colaciones. (1) *L. 7. tit. 6. lib. 1. Ind.* Ordenamos, que la provisión de las quatro canongias, Doctoral, Magistral, de Escritura y Penitenciaría se haga donde está dispuesto por suficiencia, oposicion y exámen: para que de los mas suficientes se escojan y nombren tres para cada prebenda, en cuya eleccion voten el Arzobispo ú Obispo, Dean y Cabildo de la metropolitana, ó catedral, y den los nombramientos abiertos à nuestro Virey, Presi-

Prelados, y amados hijos Canonicos y Cabildos, no necesitan que se les expidan Bulas baxo de sello de plomo por esta Santa Sede Apostolica para confirmacion de las mismas colaciones, aunque suceda la vacante en los meses y casos reservados, y aunque se hubiese acostumbrado por lo pasado, que se debiese obtener confirmacion apos-

- rum Prælati Instituti solent; *cap. Bonæ memoriæ 3. §. fin. de postulat. Prælator. ibi: Quatenus per electionem... canonicam in personam idoneam convenire curetis.*
- Secundo, per præviam Præsentationem factam à patrono, ob quam ecclesiasticus Prælatum cogitur instituere presentatum, si idoneus sit; *cap. Ex insinuacione 14. & cap. Nobis 15. de Jurepatronat. & cap. Decernimus 32. caus. 16. quest. 7.*
- Tertio, per collationem liberam, quando videlicet beneficium solo jure Prælati libere, seu absque prævia capitulari electione, vel ulterius presentatione, alicui idoneo Clerico confertur; *cap. Relatum 4. de concess. præbend. & per hoc juxta hunc triplicem modum, quo communiter conferri solent beneficia, dictum fuit numer. 31. art. 1. ipsa esse triplicis generis, scilicet Electiva, Patronata, & Collativa, seu liberae collationis. Quamvis autem ultra tres ipsos assignatos communiores, & præcipue usitato modo dentur alii, quibus beneficia ecclesiastica possunt conferri, & obtineri, scilicet, per postulationem, per nominationem, per resignationem, per permutationem, & per translationem; tamen omnes isti modi, ut clare patet, reducuntur ad aliquem ex tribus illis assignatis, & tamquam communioribus præcipue usitatis. (Quamvis de postulatione, translatione, & permutatione ad majores dignitates agatur in leg. 4. & 24. tit. 5. & in 25. tit. 6. p. 1. de renuntiis in præsent. apert. postum; vide inf. add. hisp. verb. Ut effectum:)*
- Tribus etiam potissimum modis Summus Pontifex beneficia ecclesiastica conferre solet, ut notat *Rebuff in prax. tit. de devolut. §. 46. Primo, Jure præventionis*, cum alicui confert gratiam expectativam ad beneficium primo vacaturum, *cap. Licet 2. de Præbend. in 6. ubi dicitur, quod Papa non solum ipsa (Beneficia) cum vacant, potest de jure conferre; verum etiam jus in ipsis tribuere vacaturis; & hoc factum esse patet in cap. Dudum 14. de Præbend. in 6. quod speciale est privilegium Papæ ob plenitudinem suæ potestatis, neque cuiquam alteri concessum est, beneficium nondum vacans certæ persone promittere, & ad illud jus dare, sicuti constat ex cap. Dilectus 19. de Præbend. cap. Relatum 3. & cap. Ex tenore 13. de concess. Præbend. & cap. Detestandis 2. de concess. Præbend. in 6. & Concil. Tridentin. sess. 24. cap. 19. de reform.*
- Secundo, jure concursus, quia Papa concurrat cum quolibet Ordinario in potestate, & jurisdictione conferendi beneficia, etiam nulla interveniat negligentia inferioris collatoris Ordinarii; c. Cuncta per mundum 17. caus. 9. quest. 3. cap. Licet 20. de Foro compet. cap. Licet 2. de Præbend. in 6. Clement. unic. §. fin. ut lite pendente. Quamvis enim Papa potestatem conferendi beneficia dederit Ordinariis, sibi tamen majorem reservavit, *cap. Dudum 14. §. Nos igitur de Præbend. in 6. ubi sic præcisè se explicat ipemet Pontifex: Et si memorato Episcopo prædicitam concessimus potestatem, penes Nos tamen nihilominus remanet major (l. 7. tit. 16. part. 1.)*
- Quapropter inter Papam, & reliquos inferiores Ordinarios datur locus præventionis, ita ut qui prior tempore contulit, ejus collatio rata sit; si vero idem beneficium eadem die sit à Papa collatum uni, & ab Ordinario col-

latum alteri, nec sciatur, quæ collatio prius facta fuerit, potior erit conditio possidentis; si autem neuter adhuc possideat, erit præferendus is, cui Papa, vel ejus Legatus beneficium contulit, propter conferentis ampliolem, & excellentiorem prærogativam; textu expresso in *cap. Si à Sede Apostolica 31. de Præbend. in 6. ibi: "Si à Sede Apostolica, vel Legato ipsis uni, & ab Ordinario alteri eodem die idem beneficium conferatur, nec appareat quæ collatio fuerit prius facta, erit potior conditio possidentis. Si vero neuter possideat, is cui Sedes ipsa contulit, vel Legatus (propter conferentis ampliolem prærogativam) erit alteri præferendus."*

Tertio, jure devolutionis, quando propter negligentiam collatorum inferiorum intra debitum tempus beneficium vacans non confertur, talis potestas ab inferioribus devolvitur ad Papam; *cap. Cum accessisset 8. §. 11. de constit. ubi Papa sic ait: Cum Canonici nostris auribus intimassent, quod Præbendam in Tulenii Ecclesia tanto tempore vacasset, quod ad manus nostras illius personam esset donatio devoluta. Vel quando Canonici ecclesiæ cathedralis scienter eligunt indignum in Episcopum, seu eorum electio per sententiam infirmam ob canonicam electionis formam servatam; tunc enim novi Episcopi electio non ad Metropolitanum, sed immediate ad Romanum Pontificem devolvitur, & textu expresso in cap. Quamquam 18. de electione in 6. ibi: "Non ad dictum Superiorem, sed ad Romanum Pontificem potestas eadem devolvitur." (Leg. 8. & 9. tit. 16. part. 1.)*

Beneficia ecclesiastica debent conferri, seu provideri canonice; scilicet juxta præscriptum sacrorum canonum, hoc est, sine vitio conferentis, recipientis, & formæ: Sic communis Canonistarum juxta regulam 1. Juris in 6. ibi: Beneficium ecclesiasticum non potest licite sine institutione canonica obtineri; & regul. 64. pariter juris in 6. ibi: Quæ contra jus sunt, debent vitioque pro infectis haberi. Unde in quacunque collatione, seu provisione beneficiorum debet necessario observari forma à jure communi, vel legitima consuetudine, aut particulari statuto, vel fundatione præscripta, aliter collatio, seu provisio nulla erit, quia forma dat esse rei; *leg. Julianus, §. Si quis rem, ff. ad exhibendum, & forma non servata corrumpit actus; cap. Quia propter 42. §. Aliter, de electione, cap. Cum dilecti 22. de rescriptis, & Epistol. Leonis Papa ad Episcopos Siciliæ relat. in cap. Sine exceptione 52. caus. 12. quest. 2.*

Primo igitur, ut valida sit collatio, seu provisio, debet fieri gratis sine ullo pretio, aut mercede temporali; *cap. Si quis datur 2. cap. Si quis Episcopus 3. cap. Quæsitium 4. cap. Si quis objecerit 7. cap. Salvator 8. cap. Si quis Præbendas 15. caus. 1. quest. 3. aliter contraheretur simonia, quæ collatio, seu provisio beneficii vitiiatur, & ipso jure evadit invalida ejus acquisitio; cap. Ea quæ 5. causa prima, quest. 3. & extrav. Cum detestabile 2. de simonia inter commun. (Concordant leg. 3. 4. 5. 12. & 14. tit. 17. part. 1.)*

Secundo, ut collatio, & quævis beneficii ecclesiastici provisio sit valida, & canonica, debet fieri pure, id est, sine ullo pacto, conditione, ac modo privata partium con-

latum alteri, nec sciatur, quæ collatio prius facta fuerit, potior erit conditio possidentis; si autem neuter adhuc possideat, erit præferendus is, cui Papa, vel ejus Legatus beneficium contulit, propter conferentis ampliolem, & excellentiorem prærogativam; textu expresso in *cap. Si à Sede Apostolica 31. de Præbend. in 6. ibi: "Si à Sede Apostolica, vel Legato ipsis uni, & ab Ordinario alteri eodem die idem beneficium conferatur, nec appareat quæ collatio fuerit prius facta, erit potior conditio possidentis. Si vero neuter possideat, is cui Sedes ipsa contulit, vel Legatus (propter conferentis ampliolem prærogativam) erit alteri præferendus."*

Tertio, jure devolutionis, quando propter negligentiam collatorum inferiorum intra debitum tempus beneficium vacans non confertur, talis potestas ab inferioribus devolvitur ad Papam; *cap. Cum accessisset 8. §. 11. de constit. ubi Papa sic ait: Cum Canonici nostris auribus intimassent, quod Præbendam in Tulenii Ecclesia tanto tempore vacasset, quod ad manus nostras illius personam esset donatio devoluta. Vel quando Canonici ecclesiæ cathedralis scienter eligunt indignum in Episcopum, seu eorum electio per sententiam infirmam ob canonicam electionis formam servatam; tunc enim novi Episcopi electio non ad Metropolitanum, sed immediate ad Romanum Pontificem devolvitur, & textu expresso in cap. Quamquam 18. de electione in 6. ibi: "Non ad dictum Superiorem, sed ad Romanum Pontificem potestas eadem devolvitur." (Leg. 8. & 9. tit. 16. part. 1.)*

Beneficia ecclesiastica debent conferri, seu provideri canonice; scilicet juxta præscriptum sacrorum canonum, hoc est, sine vitio conferentis, recipientis, & formæ: Sic communis Canonistarum juxta regulam 1. Juris in 6. ibi: Beneficium ecclesiasticum non potest licite sine institutione canonica obtineri; & regul. 64. pariter juris in 6. ibi: Quæ contra jus sunt, debent vitioque pro infectis haberi. Unde in quacunque collatione, seu provisione beneficiorum debet necessario observari forma à jure communi, vel legitima consuetudine, aut particulari statuto, vel fundatione præscripta, aliter collatio, seu provisio nulla erit, quia forma dat esse rei; *leg. Julianus, §. Si quis rem, ff. ad exhibendum, & forma non servata corrumpit actus; cap. Quia propter 42. §. Aliter, de electione, cap. Cum dilecti 22. de rescriptis, & Epistol. Leonis Papa ad Episcopos Siciliæ relat. in cap. Sine exceptione 52. caus. 12. quest. 2.*

Primo igitur, ut valida sit collatio, seu provisio, debet fieri gratis sine ullo pretio, aut mercede temporali; *cap. Si quis datur 2. cap. Si quis Episcopus 3. cap. Quæsitium 4. cap. Si quis objecerit 7. cap. Salvator 8. cap. Si quis Præbendas 15. caus. 1. quest. 3. aliter contraheretur simonia, quæ collatio, seu provisio beneficii vitiiatur, & ipso jure evadit invalida ejus acquisitio; cap. Ea quæ 5. causa prima, quest. 3. & extrav. Cum detestabile 2. de simonia inter commun. (Concordant leg. 3. 4. 5. 12. & 14. tit. 17. part. 1.)*

Secundo, ut collatio, & quævis beneficii ecclesiastici provisio sit valida, & canonica, debet fieri pure, id est, sine ullo pacto, conditione, ac modo privata partium con-

ferri, & nominat (1); consequenterque absque ulla confirmatione Sanctæ Sedis, originali provisione (in omnibus Ordinariis presentata, collatio, ac canonica institutio fieri illico debet: quæ, si absque causa differatur, ad expensarum, fructuumque solutionem Ordinarius tenetur (2).

De competenti jure devolutionis ad Summum ecclesiæ Præselem, in aliis quidquid sit; tamen de quo loquitur Auctor, inverificabilis apud Nostrates (3) videtur.

apostolica per algunas de las referidas colaciones. (1) *L. 7. tit. 6. lib. 1. Ind.* Ordenamos, que la provisión de las quatro canongias, Doctoral, Magistral, de Escritura y Penitenciaría se haga donde está dispuesto por suficiencia, oposicion y exámen: para que de los mas suficientes se escojan y nombren tres para cada prebenda, en cuya eleccion voten el Arzobispo ú Obispo, Dean y Cabildo de la metropolitana, ó catedral, y den los nombramientos abiertos à nuestro Virey, Presi-

de, ó persona que gobernárle, los cuales nos enviarán con su parecer, para que habiendolos visto, elijamos y nombremos de los susodichos, ó de otros el que fuere nuestra voluntad,

(2) *L. 11. ejusd. ibi:* Ordenamos y mandamos, que si les dilatarén la institucion, ó posesion, sean obligados à les pagar los frutos y rentas, costas, é intereses, que por la dilacion se les recreieren.

(3) *Vid. verb. Abbas, n. 1. in add. hisp. pag. 10.*



conventionem adjecto, aliter esset pariter simoniaca, & nulla; cap. Super eo 7. de Transactionibus cap. Cum pridem 4. cap. Cum Clerici 6. & cap. Pactione 8. de pactionibus ubi sic præcise habetur: "Pactiones factæ à vobis (ut a vobis) pro quibusdam spiritualibus obtinendis, cum in hujusmodi omni pacto omnisque conventio debeat omnino cessare, nullius penitus sunt momenti;" & cap. Quæsitum 5. de rerum permutat. ubi sic expresse dicitur: "De Jure fieri non possunt, præsertim cum pactione præmissa, quæ circa spiritualia, vel connexa spiritualibus labem continent semper simoniaca. (L. 5. & 6. tit. 16. p. 1.)"

\* At hoc loco (inquit Josephus Maraviglia Episcopus Novarien. in suis Legibus Prudentie Episcopalis, anno 1678. Innocentio XI. dicitis, Lege 145.) ea tantum difficultas enodanda est qua veritur in dubium, an possint collatores beneficiorum aliquid exigere à beneficiis applicandis vel locis piis, vel pauperibus, vel fabricæ ecclesiæ, vel sacristiæ, cum adsit quedam constitutio Alexandri II. inc. Ex multis §. constitutum, quæ videtur expresse prohibere ejusmodi exactiones etiam piissimas pro collatione beneficiorum, quam constitutionem videtur confirmasse etiam Rotam coram Puteo dec. 396. n. 2. l. 3. ubi decernitur, omnem beneficiorum collationem esse nullam, si fiat cum onere, ut aliquid detur pro fabrica, donariis &c. Vera tamen allati textus intelligentia ea est, quod solum prohibetur collatio beneficiorum tamquam simoniaca, si pro obtinendo beneficio, aut in eum præcise finem, ut obtineatur, aliquid promittatur, vel conferatur fabricæ, aut aliis locis piis; illa enim particula pro impotat causam finalem, ut tradunt multi Juriste, & Canonistæ; unde qui ex eo sine conferret, aut reciperet beneficium, & pactum iniret tribuendi aliquid, esset vere demandans ab Episcopis tamquam simoniacus ex illa constit. Alexandri II. Quotiescumque enim tempore ordinatur ab obtinendum spirituale, licet bene dispensetur, semper male accipitur, ut constat ex verbis Summi Pontif. in illa const. In hoc igitur tantum casu possunt, & debent Episcopi maxime invigilare, ne quid simoniacum, & prohibitum perpetretur juxta talem constitutionem. Hæc piissimus, & doctissimus Auctor, qui in titulo legis citatæ hæc habet: Collatores beneficiorum exigentes aliquid à beneficiis, non semper dammandi ab Episcopis tamquam simoniaci.

Videri etiam possunt Azor. lib. 12. cap. 12. Diana coordin. tom. 5. tract. 7. resol. 20. & 21. La Croix lib. 3. part. 1. num. 100. & 101. & Viva in Prop. 45. & 46. Innoc. XI. num. 11.

17 Tertio insuper requiritur, ut collatio beneficii non sit obtemperata subreptitiæ, aut obreptitiæ, hoc est, per expressionem falsitatis, aut suppressionem veritatis de Jure exprimentæ, aliter ipsa collatio non teneret, & nullius esset momenti; cap. Cum adeo 17. cap. Constitutus 19. & cap. Ad audientiam 31. de Rescriptis cap. Si is 2. de Filiis Presbyterorum in 6. ubi sic habetur: Talis dispensatio veluti per subreptionem obtemperata, nullius penitus est momenti. & Clement. cap. Si dignitatem 1. de Præbendis, ubi loquendo de rescriptis gratiosis super dignitate obtentis, non habita mentione necessario exprimentorum, sic præcise dicitur: Gratta hujusmodi veluti subreptitiæ nullius penitus est momenti. Quarto collatio debet esse libera absque omni vi, & metu, & debet fieri palam; cap. unic. Ut Ecclesiastica beneficia. (Leg. 7. tit. 16. part. 1.) Quinto debent conferri beneficia sine diminutione fructuum, cit. capit. unic. Ut ecclesiastica beneficia. (L. 5. tit. 16. part. 1.) Sexto ad collationem omnes vocari debent, ad quos spectat collatio, etiam absentes; ca-

Cessante mensium Sedi Apostolicæ reservatione ad Curiam Romanam mitti (1).

(1) L. 11. tit. 6. lib. 1. conventi. 3. Que non solo las parroquias y beneficios curados se conferan en lo futuro, como se han conferido en lo pasado, por oposicion y concurso, quando vaquen en los meses ordinarios, sino tambien quando vaquen en los meses y casos de la re-

pit. Cum in Ecclesiis 33. de Præbendis in 6.

Beneficia curata, seu curam animarum habentia debent necessario conferri ad præscriptum Conc. Trid. sess. 24. c. 18. & const. S. pii V. quæ incipit. In conferendis Beneficiis. Unde pro eorum collatione debet indicari examen per concursum coram Episcopo, vel ejus Vicario, & saltem tribus Examinatoribus synodalibus habendum. Concil. Trident. cit. sess. 24. cap. 18. de reform. Et tales Examinatores, qui ex Concilio non possunt esse pauciores, quam tres; ibi: Examinatoribus non paucioribus, quam tribus, debent esse electi in ultima synodo, vel si in aliis electi, saltem in ultima confirmati, aliter concursus erit nullus; Sac. Congreg. Concil. in Monopolitana die 13. Jul. 1630. censuit, Concursus, in quibus fuerunt adhibiti Examinatores deputati in synodis præcedentibus, fuisse nullos, quatenus tamen prædicti Examinatores in synodo posteriori non fuerint confirmati. Sic etiam nullus est concursus, in quo cum Examinatoribus synodalibus intervenit alter, qui non sit Examinator synodalis; Sac. Congreg. Concil. in una Messanensis. 15. Decembris 1625. & censuit Rota in Basianensis. Parochialis 18. Februar. 1628. coram Cardinali Virili, & in Nicien. Parochialis 25. Jun. 1629. coram eodem. Nullus etiam est concursus factus cum Examinatoribus synodalibus, qui non præstiterint juramentum ad præscriptum Trident. cap. 18. sess. 24. de reformat. Sac. Congreg. Concil. in Alben. 2. Decembris 1628. & Rota coram Buratt. dec. 362. num. 8. Non licet Episcopo auctoritate ordinaria sibi assumere Examinatores non synodales, qui suppleant etiam in casu non existentium Examinatorum synodalium numero sufficientium ad concursus faciendos, eo quia ob penuriam virorum habentium qualitates Doctoratus, & similiter non poterint in synodo diocesana eligi; Sac. Congreg. Concil. in Vasionensi 13. Novembris 1627. Non potest Episcopus in locum demortuorum Examinatorum alios subrogare usque ad novam synodum: Eadem Sac. Congreg. Concil. in diff. Vasion. 13. Novembris 1627. Provisi tamen de Parochialibus non servata forma Concilii est eo quod ob varias difficultates non potuisset agi synodus, nec deputari Examinatores synodales, non sunt removeandi; at danda est facultas Episcopo deputandi Examinatores extra synodum, illeque monendus, & hortandus, ut quanto citius convocet synodum eo meliori modo, quo potest. Sac. Congreg. Concil. in Treviren. 26. Jun. 1627.

Beneficia curata debent conferri per viam concursus, etiam si, ut expresse dicit Concilium loc. cit. "Cura Ecclesiæ vel Episcopo incumbere dicatur, & per unum, vel plures administratur, etiam in ecclesiis patrimonialibus, seu receptivis nuncupatis, in quibus consuevit Episcopus uni, vel pluribus curam animarum dare, quos omnes ad infrascriptum examen teneri mandat per obitum, vel resignationem etiam in curia, seu aliter quomodocumque contigerit, etiam si ipsa parochialis ecclesiæ reservata, vel affecta fuerit generaliter, vel specialiter, etiam vigore indulti, seu privilegii in favorem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, seu Abbatum, vel Capitulorum." Per viam igitur concursus debent ex Concilio conferri beneficia curata, etiam si sint Jurispatronatus ecclesiastici; Immo si beneficium curatum Jurispatronatus ecclesiastici in mensibus Sedi Apostolicæ reservatis vacaverit, Episcopus ipse Ordinarius nulla habita ratione patronorum debet edicta concursus proponere, & idoneum eligere, ac Romam mittere, cum fide Ordinarii à Summo Pontifice instituendum, sicut fit in aliis curatis; quæ non sunt de Jurispatronatus; sic referunt fuisse à Sac. Congreg. Concil. decretum Piasce. in

beneficia curata, obvium est, non debere provis ad Curiam Romanam mitti (1). servas, aunque la presentacion fuese de pertenencia real, debiendose en todos estos casos presentar al Ordinario el que el patrono tuviere por mas digno entre los tres que hubieren sido aprobados por idoneos por los Examinadores synodales ad curam animarum.

praxi nona Episcoporum. cap. 5. num. 17. in fine, Gonzalez Gloss. 7. num. 116. Aloysius Riccius resolut. 351. vers. Amplia 6. Et addit ad hunc concursum admitti debere tam nominatos à patronis, quam alios, ut censuit Sac. Congreg. in una Florentina Paroch. de anno 1599. quæ declarationem secuta fuit Rota in diff. Florent. de eodem anno 28. Maji coram Justo, eadem Rota de dec. 458. n. 1. part. 3. recentior. coram Sacro 10. Decembris. 1612. In qua decisione dicitur, quod dispositio Concilii de habendo concursu procedit, nedum in Recctoriis de Jurispatronatus ecclesiastico; verum etiam in Vicariis perpetuis, ut fuit per eandem Sacram Congregationem resolutum, ut in copia resolutionis data: Hæc Rota ibi. Intellige tamen concursum requiri in Vicaria perpetua, quando in Vicarium est translata totalis cura, secus vero quando est translatum solum exercitium curæ. Rota part. 2. recent. dec. 579. n. 1. & dec. 710. num. 1. & p. 4. l. 1. dec. 352. num. 6. Dicitur autem totalis cura in Vicarium translata, quando certa portio, seu congrua assignatur Rectori ecclesiæ, ceteris fructibus remanentibus penes Vicarium; & e contra, ubi certa portio, seu congrua assignatur Vicario, cura beneficii uniti dicitur translata in Rectorem ecclesiæ, cui fit unio, & solum nudum exercitium remanet penes Vicarium. Rota in Dertusen. Vicaria 8. Novembris 1616. coram Ubaldo; & in Barchinonen. Vicaria 17. Maji 1624. coram Molino, & part. 2. recentior. dec. 579. num. 3. in Ulybionen. Concursus coram Cocino Decano, & dec. 719. num. 3. in Ulybionen. Concursus coram Rembaldo. Etiam beneficia parochialia Jurispatronatus laicalis conferuntur per concursum inter plures præsentatos, si ipsi presentati habeant æquales voces, & tunc ex ipsis solum presentatis, qui factio examine idonei ab Examinatoribus renuntiati fuerint, Episcopus cum eligat, quem ceteris magis idoneum judicaverit, atque illum, & non alium debet instituire. Rota in Pampilonen. Parochialis 27. Januarii 1614. coram Cocino Decano, & Ulybionen. portio de Pertusa 11. Decembris 1613. coram Buratto. Immo etiam beneficia parochialia Jurispatronatus laicorum, quæ ab Episcopo ob presentationem in tempore debito non secutam Jure devoluto conferuntur, debent conferri per concursum, Sac. Congreg. Concil. 29. Novembris 1600. Præbenda Theologalis, & Canonici Penitentiarum in Cathedralibus, debet conferri per viam concursus ex novissima dispositione Benedicti XIII. constit. incipit. Pastoralis, edita 1725. decimo quarto Kalendas Julii. \* Nuper citatus Joseph Maria Maraviglia, in leg. 165. suæ Prudentiæ Episcopalis hæc habet: Cum examen præcipiatur à Concilio tantum ad scientie sufficientiam indagandam, quæ sane unum est ex requisitis pro justa & recta beneficiorum collatione, cum tamen ipsa non sit omne requisitum, poterunt Episcopi aliis in aliquo concurrentibus requisitis, illum postponere, qui in concursu perfectior in scientia fuerit inventus; & ideo ab ipsis non erit semper attendendus examinis rigor, cum possit contingere, aliquem virum sapienterem, esse moribus, & vita impropiorem, in quo casu vitæ probitas esset semper præferenda, ut res magis intrinseca statui ecclesiastico. Ubi vero in concurrentibus inveniantur cetera paria, sane rigor examinis attendendus, ne fiat personarum acceptio, aut Justitiæ distributiæ culpabilis læsio. Vide infra art. 5. num. 56. & seqq. \*

Sine concursu conferuntur: Primo Vicariæ perpetuæ parochialium unitarum, seu incorporatarum aliis ecclesiis, monasteriis, beneficiis, collegiis, vel locis piis, in quibus non proprie parochus, sed vicarius ponendus est. Hujusmodi enim Vicariæ, in quibus Vicarius habet solum exercitium curæ, non conferuntur per concursum, sed solum ad nominationem, seu presentationem illorum, quorum dignitati, ecclesiæ, monasterio, collegio, vel loco pio parochialis unita est, Vicarii prævio Ordinarii examine sunt instituenti. Sic expresse statutum S. Pius V. in constit. 47. incipit. Ad exequendum ubi §. 4. sic ait: Volumus insuper, & ita mandamus, quod dicti Vicarii perpetui non ad liberam Ordinarium electionem, sed ad nominationem illorum, in quorum ecclesiis unitis ponuntur, cum ipso Ordinarii, seu eorum Vicariorum prævio exam-

mine, & approbatione deputentur. Nec immerito, nam propter unionem perpetuo factam, ecclesiæ parochialis censetur accessoria alteri ecclesiæ, collegio, monasterio, loco pio, &c. cap. Extirpandæ 30. §. Qui vero, de Præbendis, atque per se nunquam censetur vacare juxta Clementinam unic. de excessibus §. Quidam etiam ecclesiæ, sed assumit naturam, consuetudines, & privilegia principalis, cui est annexa, Gloss. cap. unic. Ne Sede vacante verb. Uniendo, simulque in ea tantum attenditur qualitas, & natura beneficii principalis, non autem accessorii, arg. Clement. Per literas cap. 3. de Præbendis, juncta Regula 42. Juris in 6. ibi: Accessorium naturam sequi congruit principalis. Unde Tridentinum requirens concursum in collatione ecclesiarum parochialium non habet locum in Vicariis, seu ecclesiis perpetuis, & accessorie unitis aliis ecclesiis, monasteriis, collegiis, aliisque locis piis, ubi Vicarii, seu Parochi, habent solum exercitium Curæ; Rota part. 2. recent. dec. 579. num. 1. & dec. 710. num. 1. & part. 3. tit. 1. dec. 352. n. 6. & in Dertusen. Vicaria 8. Novembris 1616. cor. Ubaldo, & in Barchinonen. Vicaria 17. Maji 1624.

Secundo, sine concursu pariter conferuntur parochialis unita, seu annexa dignitati, seu canonicatui ecclesiæ cathedralis, seu collegiatæ; Rot. p. 2. recent. dec. 332. n. 8. ubi dicit, sic censuisse etiam Sac. Congreg. & part. 12. dec. 152. n. 54. & part. 18. tom. 1. dec. 32. n. 13. & sic censisse Sacram Concilii Congregationem, hujusque sententiam fuisse à Sanctissimo approbatam, refert Pagnan. lib. 1. Decretal. in cap. Cum sit ars num. 19. & 22. ac sequent. Sufficit enim solum examen, & approbatio Episcopi, Rota cit. part. 12. dec. 152. n. 55.

Tertio, sine concursu conferuntur cura animarum, quæ in ecclesiâ collegiata exercetur per Canonicos, vel Hebdomadarios, juxta tantum c. Statutum 22. de elect. in 6. quia in isto casu cura dicitur esse penes collegium, & non penes singulos, aut quemcumque Canonicum per se, ita ut Canonicus dicatur Curatus; sic decisum fuisse à Sac. Cong. Conc. referant Gonzalez gloss. 6. num. 158. Flamin. de resignat. lib. 8. q. n. 94. & alii cum Barbosa de offic. & potest. Episcop. allegat. 60. n. 29.

Quarto, sine concursu conferuntur beneficia curatum, quod verè est dignitas. Sic decisum fuisse ab eadem Sac. Congreg. refert Galet. in Margarita casuum conscientie verb. Beneficium pag. 24. & verb. Canonicus ultim.

Quinto, sine concursu conferuntur parochialis ecclesiæ, quando est subjecta monasterio, aut annexa, vel de ejus mensa; tunc enim monasterium nominat Rectorem, & Episcopus confirmat. Rota in una Tirasonen. Juris presentandi 23. Maji 1488. coram Babalo, & parte prima recent. dec. 102. num. 1. in una Ulybionen. Juris conferendi coram Litra. Quando autem dicatur parochialis de mensa monasterii, habetur diffuse in part. 2. recent. dec. 204. per tot. ubi plura adducuntur ad probandum ecclesiæ esse de mensa monasterii.

Sexto, sine concursu conferuntur beneficia regularia, quæ Regularibus conferri consueverunt: sic decisum fuisse à Sac. Cong. Conc. referunt Piascecius in praxi nova Episcop. c. 5. n. 18. vers. Hoc decretum à Gonzal. ad Regul. 8. Cancell. gloss. 6. n. 162. Garcia de Benef. p. 9. c. 2. n. 297. Rota p. 4. tom. 1. dec. 88. n. 8. & dec. 120. n. 5. ubi dicit sic declarasse Sac. Cong. Conc.

Septimo, sine concursu conferuntur dignitas Abbatie, quamvis sit ei unita parochialis ecclesiæ, dummodo hæc unio auctoritate Sedi Apostolicæ, ac perpetuo, & accessorie facta sit; sic decrevit Sac. Cong. Concil. teste Nicolao Garcia cit. cap. 2. num. 193. Gonzal. ad Regul. 8. Cancell. gloss. 5. §. 6. n. 13. & gloss. 6. n. 102.

Octavo, sine concursu conferuntur parochialis, quam quis acquirat per regressum, & prius possedit. Sic decisum fuisse à Sac. Congreg. Concil. refert Nicol. Garc. dict. cap. 2. num. 168.

Nono, sine concursu conferuntur parochialis resignata ad favorem alicujus in manibus Papæ Sic decisum fuisse referunt Gonzal. dict. gloss. 6. num. 121. & sequent. Flamin. de resignat. lib. 1. quest. num. 7.

Decimo, in permutacionibus ecclesiarum parochialium non requiritur concursus, immo neque aliquid exam-